

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 98v–99

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 46

[46 § 1] De eo. Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis.

Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedit ab hac luce sine prole, si heres suus super bona sua eadem voluerit loqui post mortem viri, nichil [k. 99] in eis poterit optinere, si mulier protestaverit, quod sibi datum fuerit.

[46 § 2] De eo. Sin autem apparatus et edificia viri proprium fuerit.

De eo. Sin autem apparatus et edificia viri proprium fuerit, et tunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus dare potest, nisi in iudicio bannito vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat.

[46 § 3] De eo. Sin autem hereditaria censualia bona fuerint.

De eo. Sin autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt ^a].

[46 § 4] [I] De eo. Si vir mercimonia aut alia bona mobilia habuerit.

De eo. Si vir mercimonia aut alia bona mobilia habuerit, et cum bonis emerit eisdem sunt Cesaris paterna successive, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis.

[46 § 5] De eo. Sin autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia.

De eo. Sin autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerunt, que potest in valitudine vite sue cuicunque placet, cuiuslibet sine contradiccione, de iure liberi in emendis sive obnoxii et in successionibus in bonis naturalibus.

^a skrót, zapewne etc.

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość, poddany]